



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ioannis Ioviani Pontani amorum libri II.**

**Pontano, Giovanni Gioviano**

**Venetiis, 1518**

Tumulus Phiellæ matronæ pauperculæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13534**

### TVMVLORVM

Has bibe nūc lacrimas. hæc hæc nunc ubera sume.  
Næniolæ & lusus, nostra querela tibi est,  
Quosq; dedi flores, & quas de flore corollas,  
Hi tibi sint crines, hæc tibi fusa coma.  
Aureli tibi sit tellus leuis, ac breuis urna  
Affiet & usq; crocos, spiret & usq; rosas.

### PHIELLAE MATRONAE.

Auratis digna es loculis formosa Phiella.  
Heu te condit humus, uilis & herba tegit.  
Heu heu nec mater, nec te tua pignora deflent.  
Nulla tibi est mater, pignora nulla tibi.  
Non frater, non cognato de sanguine quisquam,  
Non pater ipse, aut que lac tibi mamma dedit.  
Vos fusi deflete, colli deflete Phiellam,  
Flete & eam lanæ, flete & eam calathi.  
Flete & acus, & fila fleant, & lina Phiellam.  
Telaq; . uix tumulo casta puella iaces,  
Casta puella lates tumulo uix . uix tibi cespes  
Dat tumulum. uix te terra inarata tegit,  
Quæ tamen herba tegit, nullos hæc sentiat æstus,  
Frigora nulla . tuo floreat usq; solo.

### MASSILIAE VERNULAE.

urna ipsa loquitur.

Vrna loquor . cinis est infans . infantula mecum est .  
vernula nata domi, nata gemella patri.  
Hanc mater mihi commendat post funera, & inquit  
Ipsa tibi hanc peperi, nata futura tua est.  
Hanc alui